refert & nomen· Nunc q̄m delator ēē delegisti· quod restat non omittas·
Te enim expoliasti iudicio· dum criminationis cartulam quod tuo officio
& honori ut estimamus non competebat· propria manu quod negare
non potes in conuentu regum principi nr̄o hlothario inconsulte porre
xisti· ac memoratum hilduuinum· nosq· pariter suspectos reddidisti·
Ergo quia te obiecta probaturum promisisti· consequens est ut te exe
quaris que proposuisti· Unde & te canonica commonemus auctori
tate· ut accusationis tue executionem canonice prosequaris· Quod si
te accusationi subtraxeris & probationi defueris· noueris te canonicis
de accusatoribus regulis subiacere· Calumnie uero quas synoda
libus decretis obumbrare nisus es· inter atq· in equiuocum nepotem
tuum qui ita prouecti estis reflectuntur· quorum neuter ex illa
fuit eccl̄a· in qua ambitione atq· fauore potentatus inthronizatus
ēē dinoscetur· Hac condicione dehinc exigente synodo te ad ēē
oportebit· que idus martias apud urbem mediomatricum· xp̄i
fauente gratia celebrabitur· ubi sepefatus fr̄ aut tua probatio
ne conuincatur· aut sua defensione liberetur· Ubi quoq· & nos
tibi ex omnibus que de eccl̄a camaracensi scribens monuisti & re
prehendisti· rationes reddendo respondere ualeamus·
In xp̄o te ualere optamus·

enerabilibus in xp̄o fr̄ibus Archiepis & epis in regno eximii regis
hludouuici constitutis· Theotgaudus belgice gallie primas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_576/0030
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG